

XII. fol. 213. *Caroli V. Responsio Protestantibus data 2. Aug. 1530. ut habetur Cod. CCCCLIV. et in Coelestini Hist. Comitior. Augustan. T. III. p. 1. sed hic tantum inchoata.*

XIII. fol. 214. *Caroli V. Imp. Decretum, praemissum, ut apparet, Confutationi Confessionis Augustanae. Ita enim inter alia, postquam Confessionem illam dixisset praeter spem multis millibus exemplaribus latina et alemanica lingua a Calcographis impressam longe lateque vulgatam fuisse, addit: nos maturo consilio Rmi patris ac Domini nostri Papae Cardinalis legati, Electorum principum ac statuum Imperij usi Confutationem nostram — etiam latine et Teutonice excudi et imprimi fecimus &c. Apud Coelestinum, Seckendorffium, Andr. Fabricium hujus Decreti mentionem non inveni. Datum est Augustae, sed temporis nota abest.*

XIV. fol. 218. *Summa rerum Lutheranarum ac aliarum nostri calamitosi seculi sectarum auctore Joanne fabro Episcopo Viennen. Ex Gandauo inchoata urbe flandriae Anno MDXXX. Mense Martio. sed fol. verso nil nisi Elenchus Opusculorum jam notorum. Gandavum Faber in Ferdinandi Comitatu ierat ad fratrem Imp. salutandum.*

XV. fol. 219. *Exemplar Articulorum Pragensium supra N<sup>o</sup>. VII. notatorum.*

XVI. fol. 221. *Exemplar epistolae Petri ab Anspach ad Job. Fabrum. Post salutationis officia*

*pergit: Nouerit. t. R. D. in festo omnium sanctorum totum Lutherum ex integro regnum suum impium in Marchia male auspiciatum. Nam cum princeps meus (Joachimus jun. Elector Brandeb.) nulla videret auxilia et quotidie per sathanę imposturas sollicitaretur, pro humana demum fragilitate coactus est cedere. Que mutatio facit, ut ego a neutra parte bene audiam. Subscribere heresi non possum. Et me negotio subducere non licet. Scripsit pro me Revmus Maguntinen. (Albertus Card.) sed haecenus a principe nihil impetro. Agor ergo diuersis Casibus summisque capitis mei periculis inter meos Marchitas versor, donec deo aliter pro mea liberatione visum fuerit &c. Februa 6. post festum Conceptionis Mariae. 1539. Subscripta: Humilis Petrus ab Anspach olim Predicator Electoris Brandenburgens. nunc autem vincus in Domino. O. P. erat Petrus et Conuentus Halbershad. jamque eodem munere apud Georgium Anbaltinum Dessaviae functus. Quaedam de eo Seckendorff. Hist. Luth. L. III. §. 117. addit. 1. kk. qui et de Reformatione Marchiae L. eod. §. 75.*

## DXXXIV.

*Codex chartaceus germ. Sec. 943 XVI. Folior. 144. 8. continet Scripta Gabrielis cujusdam Anabaptistae ex Opifice, ut ipse ait fol. 18. Fratris et Ministri Fratrum dispersorum per Silesiam et Moraviam,*

2045

P O L E M I C I.

2046

*Moraviam*, et non tantum a Grege Pontificiorum et Lutheranorum, sed etiam a Sectis illorum Fratrum, qui *Schwertler*, *Austerliczer*, *Schweiczzer* et *Huterische* adpellantur, sejunctorum, ut rursus *fol. 7. 4. 6.* testatur, et liquet ex Opusculi I. *fol. 118.* subscriptione, quae sic habet: *Gabriell Eyn diner der Cristlichen gemein Abgesündertt von den Brudern die man die schwerttler die austerliczer die Schweiczzer und die Huterischen nennett.* Opusculum istud, in cuius commendationem, nescio quis, praefatur, sequentia Adserta propugnat: Quomodo divina et humana Sapiaentia differant. Ordinem et Baptismum nullius esse, qui non fit in Ecclesia christiana. In hac neminem esse, nisi habeat Spiritum sanctum. Nec fidem nec spiritum e Scriptura sacra consequi quem posse; nec esse fidem salutis nostrae fundamentum. Dirigitur vero contra eos, qui sine Spiritu ad praedicandum Evangelium vel ab aliis mittuntur, vel se ipsos mittunt, quo loco contra Rusticos, Sutores, Sartores, Pelliones &c. conqueritur; per decursum vero potissimum Baptisti Sacramentum carpit. Opusculum II. *fol. 119.* inscribitur *Ein ermanung ann die obrikeitt.* Hörtatur autem Magistratus, ne se patiantur ab inutilibus et perverfis Ecclesiasticis induci ad Fratres persequendos. Opusculo III. commentatur in Verba: *Hoc est Corpus meum*, sententiamque tam Catholicorum, quam Luthe-

ranorum de sacra Caena rejicit, omnia ad Spiritum transferendo. Sed miseret fanatici Homuncionis, de quo nil traditum reperio, neque aetatem ejus e Scriptis eruere queo. Pertinuit tamen Libellus noster a. 1548. ad *Mechtildem* seu *Matbildem Wilhelmi IV. Bavariae Ducis filiam Philiberto* deinceps *Badensi* a. 1556. nuptam, ut manus ejus *fol.* praevio ita testari videtur: *Mechtildes freilein In Obern und nidern pairn.* Non semel observatum est, Sectarios gnavigator egisse, ut praecipuas quasdam Mulieres sibi conciliarent.

DXXXV.

Codex chartaceus germ. Sec. 184 XVI. Folior. 300. f. hunc praefert Titulum: *Institutiones Theologicae, Vom Inhalt der Augspurgischen Confession, Irem brauch, misbrauch, mit mer nützlichen Punkten. Item ein Juditium, vber das gantz Corpus der Lutterischen Religion, vnnnd lehre.* Locus Senecae et Tertulliani. *Cum gratia et Priuilegio Regis Regum et Domini Dominantium. Anno Domini 1562.* Dabo et Capitum Elenchum: *Das erst Capittel Begreift ein bedingung, Protestation vnnnd vorrede. C. 2. Tractirt von der Augspurgischen Confession, Irem brauch vnnnd misbrauch. C. 3. Solviert ain frag, welche Artickel in diser Confession in guetem verstandt gericht sein. C. 4. Zeigt an welche Artickel in der Augspurgischen*

G g g 3

schen